



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Casvvm Conscientiae De Sacramentis

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Antipharmacum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40295

Quæritur V. Vtrum Lutherani neminem ad Confessionem cogant. Affirmat Lutherus in Admonitione ad Francoford. Tom. 6. Ien. Germ. Zwar wir zwingen niemand zur Beichte / wie das alle vnser Schrifte bezeugen. Wer sie nicht haben wil / der laß sie faren / gleich wie wir nichts darnach fragen / Wer vnsern Catechismū vnd Lehr nicht haben wil. Hie hält niemand den anderen. Neminem cogimus ad Confessionem; quod omnianostrascripta testantur. Qui Confessionem habere non cupit; relinquat. Quemadmodum non curamus si quis nostrum Catechismum & doctrinam respuat. Hic nemo alterum impedit.

Antipharmacum.

Hæc falsa esse, ostendunt, quæ paulo antea ex Instructione visitatorum commemorauimus. Scilicet hoc non est cogere, si quis à cœna repellatur, nisi prius aut Prædicantis examen & censuram subeat; aut confiteatur. Clamat quidem semper fidem & fidei instituta debere esse libera. Sed quam libera sint apud sectarios, non tantum vulgo, sed & iis, qui supra vulgus locati sunt; notum est. Et quam Lutherus æquo animo tuliterit suum Catechismum suamque doctrinam ab aliis repudiari, testantur scripta eius in Sacramentarios, & alios, quos placitorum suorum aduersarios habuit. Suspicionem de coactione iniicit quoque Confessio Augustana, cuius hæc sunt verba: *Confessio in Ecclesiis apud nos non est abolita, non enim solet porrigit corpus Domini, nisi antea exploratis & absolutis.* An non est hoc compellere, cœnam negare, nisi prius examinit te subiicias?

Quæritur VI. Num saltem homines ad Confessionem cogi debeant. Respondet Lutherus Serm. de Confessio-

fessione Tom. i. Lat. VViteb. Deus non probat eam confessionem, aut ullum aliud opus, si inuitus illud facias. Imò præstat omnino non confiteri, quād inuitum confiteri. Non delegatur Deus iis, aut probat eos, qui inuiti ita consentur, vult potius ut volentes & ex animo id faciamus.

Antipharmacum.

PRÆCEPTVM non impedit, quo minus quis id, quod præcipitur, volens & ex animo faciat: alioqui nemo volens & ex animo seruaret Decalogum, qui nihil nisi præcepta continet: nemo item volens & ex animo obtemperaret præcepto suscipiendi baptismum sumendique Eucharistiam, & profitendi fidem Christianam; neq; quisquā volens & ex animo patret legib. politicis. Et tamē nec Lutherus nec Lutheranus vllus dicet has leges diuinæ & humanas à libentib. & volentib. nō seruari: Imponit quidem lex necessitatem; sed non obstat, quo minus quis necessitatil legis volens, libere & ex animo ceruicem supponat. Et cum quis pœnis quoque ad aliquid agendum adigitur, non hoc quæritur, vt inuitus aliquid agat, sed vt metu pœnarum exinuito & nolente spontaneus & volens efficiatur. *Quod vobis videtur, inquit S. Augustinus, inuitos ad veritatem non esse cogendos, erratis nescientes scripturas, neque virtutem Dei, quie eos volentes facit, cum coguntur inuiti: Nunquid enim pœnitentiam inuiti egerunt, quia hoc Reges suo compellente fecerunt?*

Quæritur VII. Quanti Lutherus confessionem auricularem fecerit. Respondeo, hoc liquere ex sequentiibus eius testimoniis. Serm. de Confess. Tom. i. Lat. Witeb. Nolim magno carere confessione, ideo quod liceat omnina quæsentis in fratribus sinum effundere, & conqueri de iis, quæ in te conscientiam urgent, &c. Maximum thesaurum

*S. Augustinus
lib. 2. contra
Gaudentium
cap. 17.*

2 3 con-